



Morbio 27 (119)

Dilecte fili salutem. et Apostolicam Benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti. Tu qui (ut asseris) de nobili genere procreatus existis. propter nonnullas corporis infirmitates. quibus laboras. de medicorum consilio ab esu ciborum quadragesimalium abstinere debeas. cupientes propterea Tibi à Nobis in premissis operari non videri. Nos specialem Tibi gratiam facere volentes. et à quibusvis excommunicationis. suspensionis. et interdicti. aliisque secularibus sententijs. censuris. et penis in iure vel ab homine quavis occasione. vel causa latis si quibus quomodolibet impositis existis. ad effectum nullum duntaxat consequendi eorum serie absolutiones. et absolutum fore censentes supplicationibus tuis nomine Nobis super hoc humiliter correctis inclinatis. Tibi si narrata vera sint. super quo conscientiam tuam oneramus. ut quadragesima. et alijs anni temporibus. et diebus. quibus carniuum. ovorum. et lacticiniorum esus est prohibitus. carniuum. ovium. et lacticiniorum huiusmodi secreto tamen. et sine scandalo. ac de utriusque medici consilio uti. et vesci libere. et licite. ac absque ulla conscientie serupulo possis. et valeas (maiori reformatione quoad esum carniuum duntaxat exceptis) licentiam auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus. et impartimus. Non obstantibus. et ordinationibus Apostolicis. capitulisque contrarijs quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die ix Martij MDCCLXX Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto



1715 9/III

Dilecto filio Comiti Carlo Rasino Nobili  
Mediolanen Civitatis vel dicitur



Mortuo 27 (119)

